

eum *H. intybaceum* = *albidum* comparari possit. *H. Pojorâtense* ex literis cl. ZAHN etiam in Transsilvania in rupibus Vereskő prope Tölgyes a cl. RÖMERIO anno 1901 detectum sed nondum descriptum erat.

Leopoli, 5. Martii 1904.

Species Delphiniorum quasdam, in Huth-ii Monographiam¹⁾ receptas

explicat

Vinc. de Borbás (Koložsvár).

15. p. 374. *Delphinium Ajacis* L. in Hungaria non nisi horto aufuga aut in relictis culturalibus: Budae-Pestini, Békás-Megyer, Eresi. Lőrinci ad Balassa-Gyarmat. Oravica, Anina etc. atque variat *leucosepalum*, *rhodanthum* (floribus pulchre roseis), *cyaneum* (typus), *subcoerulescens* (floribus fere albis, dilute coerulescentibus) etc.

Ad Békás-Megyer, infra montem Csillaghegy annis 1890 – 93. copiosum erat promiscue *cyaneum* atque *rhodanthum* et eorum connubio enatum est:

γ) *cyanopictum* BORB. Pótfüz. XIII, 1891, 14. ÖBZ. 1891. 421. floribus pulchre roseis, cyanopunctatis vel lineolatis, praetera γ) *cyano-leucum*, floribus albidis, cyanopunctatis, sepalis superioribus violaceo-roseis.

16. *D. orientale* GAY (*D. Sintenisii* UELCTR. ap. KANITZ Pl. Roman. 173. 1880. HUTH. l. c. 376; non FREYN. ÖBZ. 1893, 374) circa Budam-Pestinum sat rarum, sed pluribus locis: Farkasvölgy, Svábhegy, Szépárok, Ó-Buda, Új-Pest, Rákos plerumque solitarium.

Florum color characteristicus violaceus saepissimus, sed ad Paks intensius et dilute coeruleus, herbae cultae etiam albus, roseus vel dilute violaceus.

D. hispanicum REVERCHON in BAENITZ Herb. Europ. 7570, nec non PAU in SCHULTZ, herb. norm. nov. seer. cent. 28, 2705 non REUT. typum sistit *Delphinii orientalis*, cuius area geographica igitur ab Hispania (Sierra de Camarena et Sierra de Javalambre) in Europa incipitur.

β var. *corymbescens* BORB. ined. (var. *parriflorum* HUTH l. c. 376, non aliorum) patenter pubescens, florum colore cum typo conveniens, sed flores fere duplo minores, calcar sepalis aequilongum. Habitus alienus magis *D. consolidae* (a qua folliculi pube diversum), ± *corymboso-ramosus*, ramis floriferis inferioribus elongatis, bracteas aut folia longe superentibus, bracteis bracteolisque abbreviatis, priores etiam floris solitarii pedunculis pubescentibus glandu-

1) Sonderabbr. aus ENGLER'S Botan. Jahrbüch. XX. 1895.

losisque conspicue breviores, bracteolae florem vix abtingentes. Ceterum *D. orientali* proximum.

Thessalia in campis prope Caterinam rarum. Jul. 1857 legit ORPHANIDES et in Fl. graeca exsicc. no 669. edidit.

18. *D. Uechtritzi*anum PANC., Reg. hort. botan. Belgr. 1887 (1888). 3. absq. diagn.; HUTH, 1895, 338, 359, 378. Herecegovina, in rupibus Vitina distr. Ljubuski (*D. aiacis* FIALA exsicc. non L.). Anno 1891. in horto botanico Budae-Pestini sept. floruit, infra Pestinum octob. anni 1880. in ruderatis versus stationem suburbii Francisci spontaneum inveni et in herb. diu inter *D. ajacis* asservavi. Verosimiliter horto bot. aufuga.

♀ var. *subconsolida* BORB. ined. humile ab inferiore parte ramosum, habitu *D. consolidae* macrioris, eiusque floris magnitudine, at fructus pubescens *D. Uechtritzi*ani. Caule humili, paucifloro, inflorescentiâ *D. consolidae*, pedunculis elongatis a typo differt. Pedunculi horizontaliter pubescentes atque glandulosi. Flores et typi et var. *subconsolidae* illis *D. consolidae* vix maiores.

In Achaia M. Chelmos prope Sudina (LEONIS in DÖRFL. Fl. graec. exs. 402).

29. *D. consolida* L. var. *adenopodium* BORB. Értekezések a term. tud. köréből, XI, 16. 1881, p. 14; pilis pedunculorum patentibus glandulae immixtae, circa Budam in declivibus herbidis frequens (Sashegy. Ó-Buda, Békás-Megyér), etiam in arvis Rákos, Agriae (Eger), Mező-Túr, Vészto, Kolozsvár, Torda.

Inter segetes ad Flumen, Arbae.

In Istria inter segetes Polae.

In monte ad Balaton-Füred var. *adenopodium* putatum etiam flore pleno inveni, staminibus in laminam linearem albidam, apice coloratam mutatis; calcar unicum.

Subvar. *pachycentrum* BORB. Értekez. c. p. 38, floribus duplo fere maioribus, calcar duplo ampliore, flore paulo longiore.

Inter segetes ad Vészto, in monte Józsefhegy Budae.

In Stiria: Graz.

Subvar. *albiflorum* BORB. l. c. 13, ad Agriam.

var. *paniculatum* HOST. Fl. Austr. II. 1831. 65 pro spec. floribus fere duplo minoribus, sepalis angustioribus lanceolatis a typo diversum. Caulis saepius ramosissimus.

Forma solum *D. consolidae* australis, saepius litoralis: in cultis ad Flumen, Segniam, Beska nuova, Arbae, Pago, sed et in continentali parte Hungariae provenit: Budaea-Pestini et in montibus, et in planicie sat frequens, Soroksár, Vészto, Ó-Moldova, Szvinnica, Trikulia, Carlovicij, Kamenic, Csereviz.

In Istria Polae.

In Macedonia ad Thessalonicam (*D. divaricatum* ORIHAN. Fl. Graec. exsicc. 665, non LEDEB.).

Subvar. *leucanthemum* BORB. ined., floribus albis, in monte Svevorum Budae-Pestini.

Subvar. *subviscidum* BORB. ined. pilis pedunculorum horizontalibus glandulae immixtae.

In valle Skurinja ad Flumen, locis cultis.

In Istria, inter Beska nuova et Beska valle insulae Veglia.

In Serbia: ad Kladova (PANC. in herb. mus. transsilv.).

In Rumelia!

D. paniculatum est herba non exquisite litoralis, nec *D. consolidida* omnino continentale, in cultis ad Flumen, Portum regium et Segniam typus quoque provenit.

Subvar. *adenopodum* et *subviscidum* ad var. *D. tenuissimum* SIBTH. et SM. vergit, sed huius rami quoque patenter pilosi atque glanduliferi. var. *D. divaricatum* LEDEB.

In Bulgaria austr. in desertis ad Sadovo (STRIERNY).

In Transcaucasia Tschatach (KONRATH).

51. *D. oxysepalum* BORB. et PAX. Természettud. Közl. 256. 1890, 647, ÖBZ. 1891, 138, 421, Botan. Centralbl. Beiheft. IV, 1891, 284. *D. alpinum* SAG. et SCHN. SCHULTZ herb. norm. nov. ser. cent. 27 (1891) n. 2605, Rohács (THIRING G.), in Tátrae Virágoskert (SZONTAGH M.), Hoa (JERNY, *D. alpinum*), in valle Kis-Tarpatak!!, Stösschen *D. alpinum* HUTH 406, p. p. non W. KIT.) Tátrahajlék (Drechslerhäuschen)!!

Galicia, in monte Giewont (WOŁOSZCZ. Fl. Polon. exs. 501).

In cacumine Homloktető (Stirnberg) Tátrae humile manet, pauciflorum, foliis minoribus, ceterum typicum. Etiam in valle Kis-Tarpatak!! Aberratio *D. alpino* var. *Tátrae* HUTH 405, analoga, quae tamen utraeque nomen non merentur.

D. oxysepalum Tatrae endemicum. In Tirolis crescere (HUTH l. c. 398) vix credibile.

53. *D. elatum* L. (*D. intermedium* AIR. Hort Kew. II. 1789, 243 ex Silesia), in valle Vratna (BRANCSIK), Árva (VITKAY!), Homályszirt (Ciernikamen) ad Revuca, infra cacumen Gyömbér, ad Dobsinai jégbarlang: in caeduis giganteum atque copiosum, ad Zöldtő. Tátrahajlék!!, in Carpatis centralibus (*D. speciosum* var. *elatum* JANKA et BILIMEK exsicc.), Csáklyai kő (HAYNALD cum sequente, ad Skit Jalomica).

3) *D. pyramidatum* ALBOFF, Descr. nouv. esp. 1891, II. Trav. soc. hort. Odessa 1891, HUTH l. c. 399. Székelykő ad Torockó. Csáklyai kő (CSATÓ), in alpibus ad Runk (CZETZ in herb. mus. transsilv.; (*D. intermedium* SIMK. Erdély 60, non AIR.)

γ. *orthotomum* BORB. ined. foliis basi truncatis laciniis infimis divaricatis, fere horizontalibus. Ceterum a typo non differt.

Inter Mughos cacuminis Homályszirt

D. alpinum W. et KIT. Pl. rar. Hung. III. 273, t. 246, 1808. (*D. carpaticum* KIT. Addit. 183, lapsu calami, citat. t. 246). Reapse aberratio tricho-atque adenopoda *D. elati*, veluti formae trichopodae et adenopodae et in *Knautiis*, et in *D. consolidida* in eodem loco inveniuntur.

In saxosis declivium ad Zöldtő Tátrae, inter Zöldtő et Vöröstő!! Matlárháza, Skit la Jalomica alp. Bucsecs (WINKLER in herb. mus. transsilv.).

In Silesia: Glatzer Schneeberg, unterhalb der Schweizerei (BAENITZ, *D. elatum* in herb. europ. 8439).

Sepala *D. alpini* plerumque 15 mm. lg.: inter Zöldtő et Vöröstő legi etiam sepalis 2 cm. lg., quod *D. elatum* \times *oxysepalum* esse suspicabar¹⁾ at inflorescentiae axe a *D. alpino* non differt, neque sepala adnodum acuminata. Inflorescentia *D. alpini* patenter atque satis laxe pubescens atque glandulifera, in *D. oxysepalo* adpresse atque canescentes pubescens.

ε var. *pubicaule* BOBB. ined.; caulis iam ab inferiore parte breviter pubescens, dum caulis in icone *D. alpini* glaber. «pilis rarioribus adpersus, levis», albicanti-pruinosis, vel coerulescens.

In saxosis alpium Szarkó!! Vlegyásza in valle infra Piatra alba (FINALY in herb. mus. transsilv.), Korongyis (CZETZ).

Notae distinguentes a cl. qu. HUTH p. 355 n^o 61. allatae: «bracteae omnes integrae in *D. elato*, — inferiores varie partitae in *D. alpino* haud constantes, nam folia superiora gradatim in bracteas transeunt. Infra ramos floriferos saepius folia minora. (nec bracteas) invenire potes.

105. *D. fissum* W. et Kt. Pl. var. Hung. 83. t. 81 (1801); pro parte fructu villosa. (*D. Bobásii* FORMÁNEK Verhandl. naturf. Ver. Brünn XXXII. 1894. 32).

β) var. *dinaricum* G. BECK et SZYSZ.. Plantae a SZYSZYLOWICZ in itinere per Cernagora etc. 1888. 71, ubi folia glabra, vel in margine et in *nerviis* (sic!) breviter pilosa, cum petiolo glabro (Synon. *D. leiocarpum* HUTH Bull. herb. Boiss. I. 3, 34 1893. Monogr. 440, non KOROLK. et KRAUSE, HUTH 372. cum typo in valle Kazán, ad Thermas Herculis et in monte Tordai hasadék

D. dinaricum sive *leiocarpum* haud speciem sistit a *D. fisso* distinctam, nam l. c. promiscue crescunt et non nisi pube resp. glabritie carpellorum differunt. Adest praeterea ibidem forma intermedia subvar. *semivelutinum* BOBB. ined. *leiocarpum*, petiolis et foliis velutino-pubescentibus (non glabris, ut in *D. dinarico*), quae formam *tricho-* et *leiocarpam* conjungit.

Az Elsholtzia Patrini (Lepech.) Gke. (*E. cristata* Willd.) Magyarorszáiban.

Irta: Mágoesy Dietz Sándor.

Ezt a fajt, mint flóránk új tagját üdvözölte BOBBÁS a Magyar Botanikai Lapok I. évf. 221. lapján. A nevezett fajról közölt adat kiegészítéseképen LAUDON István dr. ungvári főgymnasiumi tanár nyomán a következőket közölhetem. Az *E. Patrini* példányokat

¹⁾ Cfr. Verhandl. Brandenb. Ver. XXXIII, 94.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1904

Band/Volume: [3](#)

Autor(en)/Author(s): Borbas [Borbás] Vincenz von

Artikel/Article: [Species Delphiniorum quasdam, in Huth-ii Monographiam receptas explicat 23-26](#)